

## XXVII. Saracinesco. Sambuci. Ciciliano. Gerano.

Complectitur hoc caput titulos repertos Sambuci et inter Sambuci et Saracinesco (n. 3492—3498), Ciciliani et sub Ciciliano (n. 3499—3511) — n. 3512 et 3513 separavi magis propter auctoritatem suspectam quam propter locum quo reperti esse dicuntur —, denique unam repertam vel descriptam Gerani (n. 3514). Fuit in hac regione, fortasse ibi ubi est Ciciliano, oppidum aliquod sui iuris cum suis magistratibus, testibus titulis potissimum n. 3500 et 3501, nam pertinere hos lapides ad magistratus oppidi alicuius alibi siti, qui casu quodam Ciciliani sepeliri voluerint, non est probabile; et Tiburi certe, ad quod hos lapides pertinere fortasse conieceris, non convenient honores enumerati [in n. 3500, nam neque duoviri Tibure umquam fuerunt nec videtur ibi fuisse flamen Augustalis. Tribus quoque frequens est in hac regione Aniensis (n. 3494. 3504. 3508. 3510. 3513) diversa a tribu Tiburtinorum, quamquam semel (n. 3506) reperitur tribus Tiburtinorum Camilia. Nomen oppidi adhuc ignotum est; nam quod de Trebula Suffenatum dixi ad n. 3492, conjectura est nimis incerta. Municipii loco fuisse id oppidum fortasse colligi potest ex n. 3502. Hoc constat, magistratus fuisse ibi duoviros (n. 3500), quinquennales (n. 3501), aediles (n. 3512), sacerdotes salios et flaminem Augustalem (n. 3500); praeterea *praefectus iure dicundo et praefectus aerarii* fuerat is cuius est titulus saepe memoratus n. 3500.

Inscriptiones huius regionis duobus praecipue debentur viris, Didaco Revillas monacho Hieronymiano, qui inscriptiones ab ipso in agro Tiburtino et potissimum Ciciliani collectas et misit Muratorio et rettulit in schedas anno 1873 emptas a biblioteca Berolinensi, nonnullas etiam ipse edidit in tabula topographica inscripta<sup>1)</sup> 'dioecesis et agri Tiburtini topographia nunc primum trigonometrica delineata<sup>2)</sup>; et ei quem defunctum anno 1883 nondum eluximus Aloystio Bruzza monacho Barnabitae; is enim ut totum Corpus nostrum inscriptionum per multos annos summo studio ubi potuit adiuvit, ita mihi quoque inscriptiones Ciciliani et in regione vicina summa cura investigatas liberaliter communicavit et edendas permisit.

<sup>1)</sup> Singularum inscriptionum loca in hac tabula non indicantur, unde Muratorius eas quas inde sumpsit collocavit omnes Tibure.

<sup>2)</sup> Excusa primum est haec tabula teste Fabio Gori *giornale arcad.* vol. 191 p. 87 cf. p. 109 — nam mihi principem editionem videre non contigit — anno 1739 (certe non postea editum esse inde constat, quod Muratorius eam adhibuit in voluminibus novi thesauri), repetita post mortem auctoris anno 1767. In hac secunda editione, cuius exemplum mihi exhibuit Bruzza, nomen Revillasii non legitur, legitur nomen chalcographi, qui eam cardinali Flavio Chisio dicavit, Ioannis Petroski. Huius additamenta videntur esse quae in angulo separato tabulae leguntur inscriptiones tres, n. 3482 (pluribus annis post mortem Revillasii reperta), et n. 3485, et falsa una Ligoriana sumpta ut videtur ex Vulpio X p. 146.

3492 rep. alla chiesa diruta di S. Pietro sotto Saracinesco, trovasi ora nella casa del sig. Arcangelo Ercoli di detto luogo REV. ms. Berol., nuper rep. sopra il monte di Saracinesco ID. apud Mur. ms. — Frustra quaesivi Saracinesco in aedibus olim Ercoli.

M · VETIVS · M · L · CISSVS  
APPARITOR · X · VIR  
VI · VIR · AVG · TEBVLAE · SVE 'sic' REV.  
LIBERTIS · LIBERTABVSQ VE  
5 SVIS · POSTERISQ · EORVM  
TESTAMENTO · FIERI · IVSIT 'sic' REV.  
ARBITRATV · MARTIALIS · L ·

Plinio 3, 107 inter civitates Sabinorum, sed una cum Tibure, ita ut nihil obstet quin coniciamus Trebulam illam fuisse si non eo ipso loco ubi hic lapis repertus est, — tunc enim vix adscriptum esset nomen oppidi — sed tamen alicubi in ea regione<sup>1)</sup>. Sane Tusculi homines Ostienses seviratu fungi voluerunt (supra n. 372. 421), Trebulam Suffenatum quemquam ex longinquuo venisse ad seviratum capessendum non est probabile. Trebulanorum nomen praeterea lectum esse dicitur in inscriptione admodum suspecta n. 3513. — 7 cf. n. 3498.

<sup>1)</sup> Opinionem aliquam de situ Trebulae Suffenatum temere prolatam refutavit Mommsen huius Corp. vol. IX p. 451.

3495 cippus. Sambuci nel fondo detto delle grotte, della arcipretura.

L · LICINIVS · L · L  
TRYPHO  
LICINIA · L · L · IONIA  
IN · FR · P · L  
5 IN · AGR · P · XL

Bruzza ms. ad ectypum. Camillus Trinchieri Sambucensis in schedis, quas vidit Bruzza.

3 L Bruzza et hic et in n. 3496 v. 2; fortasse fuit L·C.

3496 Sambuci nel fondo detto le grotte.

L · LICINIVS · L · L · TRYPHO  
LICINIA · L · L · IONIA  
IN · FR · P · XL  
IN · AGR · P · XL

Bruzza ms. qui vidit. Trinchieri ms.

3 fin. XL Bruzza, cum in n. 3495 exhibeat L.

3497 alle grotte, quarto di S. Martino, distante canne 450 dal castello di Sambuci BRVZZA I. Vicovari rep. anno 1878 nel luogo detto San Martino BRVZZA II., ubi Vicovari mentio fortasse errori debetur.

P · PLOTIDIVS · M · F  
CALVIA · C · F · RVFA  
FECIT · VIRO · SVO · ET · SIBI

Bruzza ms. excerptis ex schedis Camilli Trinchieri (ex. I); idem dedit enotatam ex epistula nescio cuius.

1 PROTIDIVS ex. II. — M·F exemplum utrumque, sed in exemplo I adscriptum est in margine MV (intellege pro M). — 2 C·F ex. I, GN·F ex. II.

3498 presso Sambuci lungo la via che dal giardino del Barone porta a Vicovaro, sotto la così detta uccelleria della signora.

M · VETIVS  
MARTIALIS  
VETIA FELICVLA  
IN FR L L...A  
5 IN L P L

Descriptam a Pieralice communicavit Bruzza.

4. 2 idem ut videtur Martialis est supra n. 3492 v. 7. — 4. 5 male descriptos non attigi.